



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Michelina. 19. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

19. Junii. VITÆ SANCTORUM. 393
disses, si cor inspexisses. Cætetum mul-
tis jejunis exhausta stomachi dolores
contraxit ingentes, & ultimam ciborum
nauseam. Et verò terrena, ut quæ nun-
quam illi sapiebant, facile neglexit; at
divinum cibum cùm sic ægra non posset
accipere, fame scilicet crecebatur ante
mortem moritura. Voluit tamen in con-
spectum afferri Angelorum ferculum,
saltem ut oculos familiæ pasceret. Nec
contenta jussit pectori applicari. Tum
denique inter risum blandum expiravit,
& ut scires saturam abiisse à mensa sacra,
nihil ex epulo sacro reliquum esse visim
est. Ex Ferrar.

Scit quicunque sensum Christi habet,
quantum pietati Christianæ expedeat,
quantum Dei servum & servum Redemp-
tionis Christi deceat, unâ saltem aliquâ diei
horâ Paßionis & Redemptionis ipsius recog-
lere beneficia. S. Bern. l. de Vit. solit.

S. MICHELINA. 19. Junii.

Aborabat MICHELINA Pisauren-
sis eodem, quo matres pleræque,
morbo, impotenti erga unicam prolem
affectu: ei medicinam facere Syriana
piissima femina cùm vellet, totumque
contubernialis amorem Creatori affigere,
diu frustra fuit: donec inter preces Mi-
CHELINA immutata, animo ausa est cum
Deo pacisci, si filii curam in se receperisset,
nihil

394 VITÆ SANCTORUM. 19. Iunii.
nihil in humanis sibi tanti fore; ex quo vel
ad momentum temporis ab ejus servitio
avocaretur. Acceptavit conditionem Chri-
stus, eique de cruce pollicitus est, obicem
pietatis illius se amoturum. Regressa
domum filium exanimem reperit; cum
quo simul ac supervacuas curas tumula-
vit, opes quoque, & cætera malo-
tu[m] irritamenta sine gemitu abdicavit,
omnia vicissim sancti amoris insignia
assumpsit: vestem setis horridam cinctu[m]
ferreo corpori astrinxit; flagro ferreo
conciscum corpus nuda humus exceptit:
pulvilli vicem truncus fuit: stipe fere vi-
xit, aut mercedulis sui laboris. Quod quis-
que à morbis deformior fuit, eò impen-
sius M E C H E L I N æ charitate subleva-
batur: satisque constat exesum elephan-
tiasi ejus osculis persanatum, quibus singu-
lula ægri ulcera libaverat. Ad cælum an-
M. CCC. LVI. abiit. Flagrum ejus, cili-
cium, zonaque ferrea in Virginis Saluta-
tæ templo asservantur, sacrae militæ ty-
ronibus monstranda. His armis cælum
expugnavit femina. Sperabitis molliora
viri? Ex Chron. Minor.

Sic propinquos sicut nos metipso odio
habere præcipimus; ut hos ad æternar-
ipientes, eorumque carnalem gratiam, cum
præpedit, post poventes, discamus, tem-
perata eos discretionis arte, & convenien-
ter diligere, & salubriter odio habere.
S. Greg. 7. Mar. c. 14.

S. NO^o